



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Quis dispenset? parag. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

§. III.

Quis dispense in his.

1. IN his unus Summus Pontifex dispensare valet. Excipe primo, quando rebaptizans ingreditur Religionem; tunc enim ex C. Litterarum de Apost. possit Episcopum dispensare, docet Prates. & Excipe Secundo, quando delictum est occultum; tunc enim ex Tridentin. dispensat etiam Episcopus, ut Joan. & Præpos. figanter notat.

a Præpos. manuf. cit. d. 1. reg. disp. 5 c. 2. n. 16 b Trid. sess. 24. c. 6. d. Ref. c. 10. Prop. 3 p. 9. 101. de Episc. art. 9. d. 1. n. 105. c. 106.

CAPUT XIV.

De Irregularitate ex Ordinum abusu.

EX tribus Capitibus abusus Ordinum Irregularitatem in quibusdam circumstantiis inducit. Primò, quando ipse prave suscipiuntur. Secundo, quando cum eos non habeas, eosdem tamen usurpas male.

§. I.

Quando Ordines prave suscipiuntur.

1. TRIA hinc habe. Primò, cum, qui furtive Ordines suscipit, fieri d' per aliquos Irregularum. Secundo, cum, qui extra casu iure permisso, cum sit uxotatus, Sacros Ordines, vivente uxore, suscipit, fieri Irregularum. Tertio, non fieri Irregularum sed dumtaxat suspensum, cum, qui per alia quædam similia delicta Ordines prave suscipit. Illustremus breviter singula.

d Suar. de Conjur. l. 42. §. 1. 18. 5 Bonac. de Ord. p. 20. p. 4. n. 31 & c. d. d. 7. de Irreg. §. 1. 4. n. 6. Diana p. 4. rr. 2. ref. 11. G. Huet. d. 2. de Irreg. diff. 2. ubi colligitur ex c. 1. 1. §. 3. de eo qui furtive. c. Bonac. de c. d. n. 18. dicunt

2. Quoad Primum. Is proprie dicitur furtive Ordines suscipere ad effectum incurrendi per prædictos, in Irregularitatem, qui se ordinandorum numero admiscuit; cum ad eos non fuerit ab eis, ad quos pertinebat, id est, ab Episcopo, admissus, Unde sequitur, eum etiam furtive Ordines suscipere, qui alium supponit examini, & deinde is ad Ordinationem, loco illius, accedit.

3. Dixi autem (per aliquos) nam Doctores, ut notat Bonacina, & non conveniunt, an in hoc casu incurratur suspensio, an Irregularitas, Suar. & prædicti modo citati dicunt

3. Dixi item (extra casum necessitatis) quia pari excusaretur modo is, qui mortu v. g. proximus, Catholico Baptizante carens, ab Hæretico baptizari se sineret. Excusaretur etiam, qui metu gravi coactus, ab Hæretico Baptismum susceperet; is enim etiam putatur casus necessitatis.

4. Qui autem, cum sit adultus, Baptismum recipere differt usque ad articulum mortis, sive, quia non iudicatur fuisse constans in Fide, sive, quia præsumitur, voluisse peccare liberius, unde sit indignus Ordinatione, sive, quia est numerandus inter Neophytos, Irregularis & est, ut supra vidimus c. 11. paragra. 1. n. 58.

a C. unie. distin. 57.

5. Quæres. Qui Baptizat privatim aliquem sine necessitate, peccat sine controversia: At incurritne Irregularitatem?

Respondeo. aliqui putant, tum Laicum, tum Clericum non Sacerdotem incurrere, si sine necessitate, sive privatim, sive solemniter baptizent. Sed probabilissimum jam hodie est, Laicum nunquam incurrere, Clericum vero non Sacerdotem incurrere solum, quando solemniter baptizat sine necessitate. Ratio hujus doctrinæ est, quia in cap. 1. & 2. de Clerico non ordinato, ubi hæc Irregularitas fulminatur, solum loquitur Pontifex de Clerico non Sacerdote baptizante solemniter sine necessitate. Igitur non est extendenda ad alios, nec ad Baptismum privatim. Quare idem Clericus, si baptizat extra necessitatem privatim, repugnante Sacerdote, vel Parocho præsentem, esto peccet, Irregularitatem tamen non incurret. Nec obstat in dicto cap. prohiberi sub Irregularitate exercitium Ordinis ei, qui non est ordinatus, non obstat, inquam, quia Baptismus non sollemnis, non est exercitium, seu actus ordinati, ut ordinati, sed cuiuscunque, etiam Laici. Lege Sylvestrum b aliosque.

b Silv. V. Irreg. q. 12. et 27. Gra. mand. 10. 5. rr. 2. d. 2. n. 1 Suar. de Sacr. d. 31. see 3. G. Hurt. de Irreg. d. 2. diff. 2. nu. 5. c. Suar. aliq. cit. à Diana p. 3. rr. 4. re. 9. Gibal. de Irreg. l. 4. q. 4. n. 12.

§. II.

Ex Rebaptismo.

1. EX Rebaptismo absolute facto evadit Irregularis, Primò Rebaptizans, Secundo Rebaptizatus, Tertio, is, qui ex officio ministrat dicto Rebaptizanti. Dico (absolute facto) nam ex conditionato, puta sic: Si non es baptizatus te baptizo (quamvis temere, id est sine sufficienti ratione dubitandi repetatur Baptismus) nulla inducitur Irregularitas.